UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Actorvm Ecclesiae Mediolanensis, Pars Tertia - In Qva, Liber Memorialis Ad populum Ciuitatis, & Dioecesis Mediolanensis, A Beato Carolo Borromaeo Titvli Sanctae Praxedis compositus continetur

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Formula licentiæ pro clerico qui Missæ inseruiat, & alia præstet in Ecclesia Monialium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10502

Visual Library

aut eis dandi, neque eis abſque ſpeciali licentia in quouis alia re deſeruiendi, & alia non ſolùm Capellanis Monialium, ſed etiam alijs Clericis ſæcularibus & regularibus reſpectu Monialium præſcripta exactè ſeruabis. Et prędicta omnia & ſingula ſub pœna in edictis noſtris contenta, & maiori nobis arbitraria.

Miſſæ ſacrum ne facias ſine miniſtro clericali habitu induto, eoque decenti, ad præſcriptum noſtrarum Conſtitutionum.

Has autē noſtras literas tibi ad . . . tantùm ſuffragari volumus. Dat.

Formula licentię pro clerico qui Miſſę inſeruiat, & alia miniſteria præſtet in Eccleſia Monialium.

SI concede licenza à N. Chierico, che per menſi . . . poſſa ſeruire nella Chieſa eſteriore delle Monache di S. N. per riſpondere alle Meſſe, & fare l'altre fontioni pertinenti à lui; e per detto effetto poſſa ragionare con la Sacriſta maggiore alla Rota della detta Chieſa, & con la Madre M. & ſeruando gli ordini preſcritti. Dall'Arciueſcouato &c.

Formula deputationis eius qui alloquendi Moniales licentiam concedat in Diœceſi.

CAROLVS &c. Dilecto nobis in Chriſto N. noſtrę Mediolanen. Diœc. ſalutem in Domino. Pro noſtra Paſtorali cura & ſolicitudine, neceſſitatibus Monaſterij Monialium S. N. ac pro obſeruatione decreti noſtri Prouincialis de non acceden. ad Parlatoria & Rotas Monaſteriorum abſque licentia, à nobis vel Vicario noſtro ſolo tradenda, opportunè conſulere volentes, & nè qui ex cauſis rationabilibus alloqui Moniales quandoque cupiunt, nimis fatigentur; Tibi, de cuius prudentia, pietate, ac morum probitate in Domino confidimus, vt laicis ſolùm tibi bene viſis ac probatis . . . . . ad collocutionum feneſtellas, ſeu Parlatoria, ac Rotas Monaſterij prædicti acceden. ac ibi Præfectas, & alias Moniales, ac ſæculares puellas alloquen. facultatem dare poſſis & valeas, non tamen tempore Aduentus, neque Quadrageſimæ, neque feſtis diebus; ac item Capellanis ordinarijs legitimè impeditis, vel abſentibus, in caſibus neceſſitatis, nè Moniales Miſſæ ſacrificio quotidie priuentur, alios Sacerdotes ex approbatis, ad quindecim dies tantùm approbare & ſubſtituere, eis adiecta lege, nè cum Monialibus colloquantur, & ſeruatis alijs cōditionibus Capellanis ordinarijs Monaſteriorum præſcriptis, his noſtris ad præſentem annum valituris poteſtatem facimus, ac licentiam impartimur. In quorum fidem &c. Ex ædibus noſtris Archiepiſcopalibus die

Formula deputationis curatorum Monaſterij Monialium.

CAROLVS &c. Dilectis nobis in Chriſto N. N. N. ſalutē in Domino &c. Cùm ex ſacri Concilij Tridentini præſcripto, inter cætera ſolicitudini atque Curæ Epiſcoporum commiſſa, & Monialium regimen, etiam in temporalibus ſummoperè commendetur; Nos alijs grauioribus curis impliciti, tam noſtra, quàm Concilij prędicti, & Prouincialium Decretorum auctoritate, aliquos nobiles viros, ætate graues, pietateque & integritate inſignes deligere cenſuimus, qui protectioni, curæ, & defenſioni rerum temporalium S. N. ad præſcriptum ſupradictorum decretorum pręeſſent. De veſtra itaque probitate, diligentia, & integritate plurimum in Domino confiſi, vos omnes, & ſingulos, & veſtrum quēlibet, ad præmiſſum dictarum ſanctimonialium, earumque Monaſterij bonorum & iurium curam, protectionem, & defenſionem, aliasque ipſarum neceſſarias quoad temporalia prouiſiones, harum ſerie eligimus, conſtituimus, & deputamus; ſeruata tamen ſemper in omnibus forma, tam ex Tridentini, Conciliorumque noſtrorum decretis, quàm ex prædictarum Monialium regulis præſcripta, & vt nihil, niſi ex voto & deliberatione ſaltem duorū

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN